Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Augustini in epistolam Iohannis ad Parthos tractatus decem - Cod. Aug. perg. 110

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Aurelius Augustinus: tractatus quartus in epistolam Iohannis

urn:nbn:de:bsz:31-44410

Visual Library

omnipotens. et uilescat omnis mundus siue promittens siue terrens. Hec scribo uobis de his qui uos seducunt. Ut sciatis quia unctionem habetis. Et uos unctionem quam accepimus ab eo permanet in uobis. Unctionis sacramentum est uirtus ipsa inuisibilis caritas. Illa est que in quocumque fuerit tamquam radix illi erit. quamuis ardente sole arescere non potest. Omne quod radicatum est nutritur calore solis. non arescit. Et non habetis necessitatem ut aliquis doceat uos. quia unctio ipsius docet uos de omnibus. Quasi nos sine causa laboramus. Et ut quid tantum clamamus? Dimittamus uos unctioni ipsius. et doceat uos unctio ipsius. Sed modo michi facio questionem. et illi ipsi apostolo facio. dignetur audire paruulum querentem a se. Ipsi Iohanni dico. Unctionem habebant quibus loquebaris. Tu dixisti. quia unctio ipsius docet uos de omnibus. Ut quid talem epistolam fecisti? Quid illos tu docebas? quid instruebas? quid edificabas? Iam hic uidete magnum sacramentum fratres. Sonus uerborum nostrorum aures percutit. magister intus est. Nolite putare quemquam hominem aliquid discere ab homine. Ammonere possumus per strepitum uocis nostre. si non sit intus qui doceat inanis fit strepitus noster. Adeo fratres uultis nosse. numquid non sermonem istum omnes audistis? quam multi hinc indocti exituri sunt. quantum ad me pertinet omnibus locutus sum. Sed quibus unctio illa intus non loquitur. quos spiritus sanctus intus non docet indocti redeunt. Magisteria forinsecus adiutoria quedam sunt et ammonitiones. Cathedram in celo habet qui corda docet. Propterea ait et ipse in euangelio. Nolite uobis dicere magistrum in terra. Unus est magister uester Christus. Ipse ergo uobis intus loquatur quando nemo hominum illic est. quia et si aliquis a latere tuo nullus est. Christus sit in corde tuo. Unctio ipsius sit in corde. ne sit in solitudine cor sitiens. et non habens fontes quibus irrigetur. Interior ergo magister est, qui docet. Christus docet. Inspiratio ipsius docet. Ubi illius inspiratio et illius unctio non est. forinsecus inaniter perstrepunt uerba. Sic sunt ista uerba fratres que forinsecus dicimus, quomodo est agricola ad arborem. forinsecus operatur. adhibet aquam. et diligentiam culture. quelibet forinsecus adhibet. Numquid poma format? Numquid nuditatem lignorum uestit umbra foliorum? Numquid tale aliquid intrinsecus agit? Sed quis hoc agit? Audite agricolam apostolum et uidete quid sumus. et audite magistrum interiorem. Ego plantaui. Apollo rigauit. sed deus incrementum dedit. neque qui plantat est aliquid. neque qui rigat. sed qui incrementum dat deus. Hoc ergo uobis dicimus. Siue plantemus. siue rigemus loquendo non sumus aliquid. sed ille qui incrementum dat deus. id est unctio illius. que docet uos de omnibus. **Explicit Tractatus Tercius Aurelij Augustini.**

Ab eo quod scriptum est. Unctio ipsius docet uos de omnibus. et uerax est. usque ad id. In hoc manifestatus est filius dei, ut soluat opera diaboli. **Incipit tractatus quartus eiusdem.**

Meministis fratres hesternam lectionem ad hoc terminatam. quia non habetis necessitatem ut quis doceat uos. sed ipsa unctio docet uos de omnibus. Hoc autem sicut uos recordari certus sum. sic exposuimus uobis. quia nos qui forinsecus loquimur ad aures uestras

ita ſumus q̄ſi operarij adhibentes cultura᷉ forinſecus ad arbore᷉. ſʒ incre
menti dare nō poſſumus nec fructus formare. Ille aūt qui nos creauit et
redemit et uocauit per ſpm̄ ſuū habitans in uobis. niſi loquat̃ uobis int᷒.
ſine cauſa nos ꝑſtrepimus. Vnde hoc apparet. quia cū multi audiunt
nō omnibus ꝑſuadet quod dicit̃. ſʒ illis ſolis quib᷒ intus loquitur deus.
Illis aūt intus loquitur. qui ei locum ꝓbent. habitare enī uult diabolus
corda hominū. et loqui ibi oīa que ualent ad ſeductione᷉. Sʒ quid ait
dn̄s Ihc̄. Princeps hui᷒ mūdi miſſus eſt foras. Vnde miſſus eſt. Nuq̄d
extra celum et terram. Nuquid extra fabricam mūdi. ſʒ extra corda
credentiū foras miſſo inuaſore. habitat redemptor. quia ipſe redemit q̄
creauit. Et diabolus iam forinſecus oppugnat. Non uincit illū qui intus
poſſidet. forinſecus aūt oppugnat immittendo uarias temptationes.
ſʒ ille nō conſentit cui deus intus loquit̃. Et unctio eius quam audiſtis.
uerax eſt inquit. Vnctio eadem .i. ipſe ſpūs dei qui docet hoiem mentiri
nō pōt. et nō eſt mendax. ſicut docuit uos ꝑmanere in ipō. Et nūc filioli ꝑ
manete in eo. ut cū manifeſtatus fuerit. habeam᷒ fiduciā in cōſpectu eius.
ut nō confundam᷉ ab eo in aduentu eius. Videtis frēs. credimus in Ihesū
quem nō uidemus. annunciauerūt eum qui uiderūt. qui contrectauerūt.
qui uerbum ex ore ipſius audierūt. Et ut hoc ꝑſuaderent generi hūano
ab illo miſſi ſunt. non a ſeipſis tēmerarie auſi ſunt. et cōmiſſi ſunt. Audiſtis cū
euangeliū legeret̃. Ite predicate euangeliū uniuerſe creature que ſub celo
eſt. Vbiq; diſcipuli ergo miſſi ſunt. atteſtantibus ſignis et prodigijs ut crede
retur illis. qui ea dicebant que uiderūt. Et credim᷒ in eū quē nō uidem᷒.
Quicūq; et uenturū eum expectamus. Qui(cū) illum fide expectant. cū uenerit
gaudebunt. Qui ſine fide ſunt. cū uenerit q̄d nūc nō uidet᷉ erubeſcet.
Et confuſio illa nō erit unius diei et tranſiet. quomō ſolent confundi
qui inueniunt̃ in aliqua culpa. et eis inſultatur ab hoībus. Confuſio
illa traducet ad ſiniſtram ut audiant. Ite in ignem eternū. qui ꝑparatus
eſt diabolo et angelis eius. Maneamus g᷒ in uerbis eius. n᷒ cōfundam᷉
cum uenerit. Ipſe enī dicit in euangelio. eis qui in eū crediderūt. Si per
manſeritis in uerbo meo. uere diſcipuli mei eſtis. Et quaſi diceret. quo
fructu. Et cognoſcetis inquit ueritatem. et ueritas liberabit uos. Modo
enī ſalus in ſpe. nōdum in re. Non enī tenemus iam q̄d promiſſum eſt.
ſʒ uenturū ſperamus. Non te fallit. tantū tu noli deficere. ſʒ expecta ꝑ
miſſionem. Non enī nouit fallere ueritas. tu noli ēē mendax. ut aliud
profitearis. aliud agas. Tu ſerua fidem. et ſerua pollicitationem. Si aūt
tu nō ſeruaueris fidem. tu te fraudaſti. nō ille qui promiſit. Si ſcitis q̄
iuſtus eſt. ſcitote quia oīs qui facit iuſticiam ex ipō natus eſt. Iuſticia
mō nr̄a ex fide. Iuſticia ꝑfecta nō eſt niſi in angelis. et uix ī angelis
ſi deo comparent̃. Tamen ſi qua ꝑfecta iuſticia animarum et ſpirituum
et quos deus creauit in angelis eſt ſanctis. iuſtis. bonis. nullo lapſu
eueſis. nulla ſuperbia cadentibus ſʒ manentib᷒ ſemp in cōtemplatione
uerbi dei. et nichil aliud dulce habentibus niſi a quo creati ſunt. In ipſis
perfecta iuſticia eſt. In nobis aūt ex fide cepit ēē ſcdm̄ ſpm̄. Audiſtis cuʒ

. XIII .

pſalmus legeretur. Incipite dn̄o in confeſſione. Incipite inquit. Initium
iuſtitie nr̄e confeſſio peccatorum. Cepiſti nō defendere pccm̄ tuū iam in
choaſti iuſtitiam. Pficietur aut̄ in te qn̄ nichil aliud facere delectabit.
qn̄ abſorbebitur mors in uictoria. qn̄ nulla concupiſcentia titillabit. qn̄
non erit lucta cum carne et ſangūe. qn̄ erit corona uictorie, et triūphus
de inimico, tūc erit pfecta iuſtitia. Modo adhuc pugnamus. Si pugnam9
in ſtadio ſumus. ferimur et ferimus. ſz qui uincat expectatur. Ille autē
uincit. qui et quod ferit nō de uiribus ſuis pſumit. ſz hortatore deo. Sol9
diabolus aduerſus nos pugnat. nos cum deo ſumus et diabolū vincim9.
Nam ſi tu ſolus cum diabolo pugnaueris uinceris. exercitatus hoſtis eſt.
quot palmarum. Conſiderate quot deiecerit. Vt mortales naſcerent̃. pmo
ipām originem nrām de paradyſo deiecit. Quid g° faciendū eſt. quia
ille exercitatus eſt. Inuocetur oīpotens aduerſus exercitatum diabolum.
habitet in te qui nō pot uinci. et ſecurus uinces eū qui uincere ſolet. Sz
quos. niſi in quibus non habitat deus. Nam ut noueritis frēs. contemp
ſit adam in paradiſo poſitus preceptum dei. et erexit ceruicem uelut ī po
teſtate ſua eſſe cupiens. et nolens ſubdi uoluntati dei. et lapſus ē ab illa
īmortalitate. ab illa beatitudine. Homo aūt quidam iam exercitatus +
natus mortalis. cum ſederet in ſtercore. putris uermibus diabolū uicit.
Ipē adam in Iob. Ipſe quia de ipius genere Iob. Ergo adam uictus in +
paradiſo. uicit in ſtercore. In paradiſo cum ēēt audiuit pſuaſionē mu
lieris. quā illi immiſerat diabolus. In ſtercore aūt cum ēēt ait Eue. tamq̄
una ex inſipientibus mulieribus locuta es. Ibi aurem appoſuit. hic reſpon
ſum dedit. Cum ēēt letus audiuit. cum eſſet flagellatus uicit. Ideo +
uidete quid ſequit̃ frēs in illa epla. quia hoc nobis cōmendat ut dia
bolum quidem uincamus. ſz nō ex nobis. Si ſcitis quia iuſtus eſt ait. Sci
tote quia omīs qui facit iuſtitiā ex ipō natus eſt. ex deo. ex xpo. Et quia
ex ipō eſt natus hortatur nos. Iam g° qui nati ex illo ſumus pfecti ſumus.
audite. Ecce qualem dilectionē dedit nobis pater. Vt filij dei uocemur.
et ſimus. Nam qui uocantur et nō ſunt. quid illi prodeſt nomen ubi res
nō eſt. Q̃m multi uocantur medici qui curare non norūt. Q̃m multi uocāt̃
uigiles qui tota nocte dormiūt. Sic multi uocant̃ xpiani. et in rebus nō
īueniuntur. quia hoc qd̄ uocant̃ nō ſunt. i. in uita. In moribus. In fide. In
ſpe. In caritate. Hoc quid audiſtis frēs. ecce qualem dilectionē dedit nob
pater. ut filij dei uocemur et ſimus. pp hoc mūdus nō cognoſcit nos. qz
non cognouit eum. et nos nō cognoſcit mūdus. Totus mundus xpian9 eſt.
et totus mūdus impius. Per totum eīm mūdū impij. et p totū mūdū pij.
Illi illos non cognoſcunt. Quomō putamus quia nō cognoſcūt. Inſultant
bene uiuentibus. Attendite et uidete. quia forte ſunt et inter uos. unuſqſq;
vrm̄ qui iam pie uiuit. qui contempnit ſecularia. qui nō uult ire ad ſpecta
cula. qui nō uult ſe inebriari quaſi ſollempniter. et qd̄ eſt grauius arrodē
te patrocinio ſanctorum dierū fieri īmundus. Qui iſta facere noluerit. quom°
ei inſultatur ab his qui iſta faciunt. Nūquid inſultaret̃ ei ſi agnoſceret̃.
Quare aūt nō agnoſcitur. Mundus eū non agnoſcit. quis eſt mūdus.

[margin: De Adam.]
[margin: De Iob.]

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Illi habitatores mundi· quomodo dicitur domus habitatores eius· Iam iſta
ſepedicta ſunt· et non ea nobiſcum hodie repetimus· Iam cum auditis mundum
in mala ſignificatione· non intelligatis niſi dilectores mundi· qui per
dilectionem mundum inhabitant· et per quod inhabitant nomen habere
meruerunt· Propter hoc mundus non cognoſcit nos· quia non cognouit eum·
Ambulabat et ipſe dominus Ihesus xpistus· In carne erat· et deus latebat in infir-
mitate· Et unde non eſt cognitus·/ quia omnia peccata arguebat in hominibus·
Illi amando delectationes peccatorum non agnoſcebant deum· Amando quod
febris ſuadebat, iniuriam medico faciebant· Sed quid ergo·/ Iam nos
nati ſumus ex ipſo· ſed quia in ſpe ſumus dilectiſſimi inquit nunc filii dei
ſumus· Iam nunc· Quid eſt ergo quod expectamus ſi iam filii dei ſumus·/
et nondum inquit manifeſtum eſt quod erimus· Quid autem erit aliud quam filii
dei·/ Audi quod ſequitur· Scimus quia cum apparuerit ſimiles ei erimus·
quoniam uidebimus eum ſicuti eſt· Iam illud attendite· quod uocatus eſt· Noſtis
quod uocatur· Eſt quod uocatur· et non ſolum uocatus· Sed uere eſt· Incom-
mutabile eſt· ſemper manet· mutari neſcit· nulla ex parte corrumpitur·
nec proficit· quia perfectum eſt· nec deficit· quia eternum eſt· Et quid eſt
hoc·/ In principio erat uerbum· et uerbum erat apud deum· et deus erat uerbum·
Et quid eſt hoc·/ Qui cum in forma dei eſſet non rapinam arbitratus eſt eſſe
equalis deo· Hoc modo xpistus in forma dei· uerbum dei· unicus patri·
quem equalis patri, non poſſunt uidere mali· Secundum id uero quod uerbum caro factum eſt·
poterunt et mali· quia in die iudicii uidebunt et mali· quia ſic ueniet
iudicaturus, quomodo uenerat iudicandus· In ipſa forma homo ſed deus· Nam
maledictus omnis qui ſpem ſuam ponit in homine· Homo uenit ut iudicaretur·
homo ueniet ut iudicet· Et ſi non uidebitur· quid eſt quod ſcriptum eſt· Videbunt
in quem compunxerunt·/ De impiis enim dictum eſt· quia uidebunt et confundentur·
Quomodo uidebunt impii·/ Cum alios ponit ad dexteram· alios ad ſiniſtram·
Ad dexteram poſitis dicit· Venite benedicti patris mei percipite regnum·
Ad ſiniſtram poſitis· Ite in ignem eternum· Videbunt· ſed formam ſerui·
formam dei non uidebunt· Quare·/ quia impii ſunt· Et ipſe dominus dicit· Beati
mundo corde· quia ipſi deum uidebunt· Ergo uiſuri ſumus quandam uiſionem
fratres· quam nec oculus uidit, nec auris audiuit· nec in cor hominis aſcendit·
Viſionem quandam· Viſionem precellentem omnes pulchritudines terrenas·
auri· argenti· nemorum atque camporum· pulchritudinem maris et aeris· pul-
chritudinem ſolis et lune· pulchritudinem ſtellarum· pulchritudinem angelorum·
omnia ſuperantem· quia ex ipſa pulchra ſunt omnia· Quid ergo nos erimus quando
hoc uidemus·/ quod nobis promiſſum eſt· Similes ei erimus· quoniam uidebimus
eum ſicuti eſt· Quomodo potuit lingua ſonuit· cetera corde cogitentur· Quid
enim ut ipſe Iohannes dixit ad comparationem rei que eſt·/ uel a nobis dici
poteſt hominibus longe imparibus ipſius·/ Redeamus ergo ad illam unctionem
que intus docet quod loqui non poſſumus· Et quia modo uidere non poteſtis·
officium ueſtrum in deſiderio ſit· Tota uita xpistiani boni ſanctum deſiderium eſt· Quod
autem deſideras nondum uides· ſed deſiderando capax efficeris· ut cum uene-
rit quod uideas implearis· Sicuti enim ſi uelis implere aliquem ſinum et

. xiiii .

noſti quia magnū eſt qđ dabitur. extendis ſinum. ut ſacellis. utris.
uel alicuius rei. Noſti quantum miſſurus eſt. et uides quia anguſtus
eſt ſinus. extendendo facis capatiorem. Sic deus differendo extēdit.
deſideriū. Deſiderando extendit aīm. extendendo facit capacē. De
ſideremus ergo fres quia implendi ſumus. Videte paulū extendentē
ſinum, ut poſſit capere qđ uenturū eſt. ait. Non quia iam acceperim
aut pfectus ſim fres. ego me nō arbitror apphendiſſe. Quid ḡ agis
in hac uita ſi nōdum apphendiſti. Vnū aūt que retro oblitus. mea
que ante ſunt extentus. ſcđm intentionem ſequor ad palmā ſuperne
uocationis. Extentum ſe dixit. et ſcđm intentionem ſequi ſe dixit. Mino
rem ſe ſentiebat ad ſentiendū qđ oculus nō uidit. nec auris audiuit. nec
in cor hoīs aſcendit. Hec eſt uita nr̄a. ut deſiderando exerceamur. tantū
aūt nos exercet ſanctū deſideriū. quantū deſideria nr̄a amputauerim⁹ ab a
more ſeculi. Jam diximus aliqn̄ ex inani qđ implendū eſt. Bono iplend⁹
es. funde malū. Putas quia melle uult te implere deus. Si aceto plen⁹
es. ubi mel pones. Fundendū eſt qđ portabat uas. mundandū ē ipm uas.
mundandū. et ſic cum labore. cum tritura. ut fiat aptum cuidā rei. mel
dicimus. aurū dicim⁹. Vinū dicim⁹. quicquid dicim⁹. quicquid dici nō
pōt. quicquid uolum⁹ dicere deus uocatur. Et quid dicimus deus. Quid
diximus. Due iſte ſillabe ſunt totum qđ expectam⁹. Quicquid ḡ
dicere uolumus infra eſt. Extendam⁹ nos in eū ut cū uenerit ipleat.
Similes ei erimus. qn̄ uidebimus eū ſicuti eſt. et omīs qui habet ſpem
hanc in ipo. Videtis. quia in ſpe nos poſuit. Videtis quēadmodū cognouit
apto paulo coapoſtolo ſuo. Spe ſalui facti ſumus. Spes aūt que uidet
nō eſt ſpes. Quod em̄ uidet quis. quid ſperat. Si enim qđ nōdū uidemus
ſperamus. per patientiā expectamus. Ipſa patiā exercet deſideriū. Mane
tu. nam manet ille. et pſeuera in ambulando ut puenias. quia quo ten
dis nō migrabit. Videte. et omīs qui hȝ ſpem hanc in ipo caſtificat ſe
metipm. ſicut et ipe caſtus eſt. Videte. quēadmodū nō abſtulit liberū
arbitriū. ut diceret. Caſtificat ſemetipm. Quis nos caſtificat niſi deus.
Sȝ deus te nolente nō caſtificat. Ergo qđ adiungis uoluntatem tuā deo. ca
ſtificas teipm. Caſtificas te. nō de te. ſȝ de illo qui uenit ut inhabitet in
te. Tamen quia agis ibi aliquid uoluntate. Ideo et tibi aliquid tributū ē.
Ideo aūt tibi tributum ē. ut dicas ſicut in pſalmo. Adiutor meus eſto.
ne derelinquas me. Si dicis. Adiutor meus eſto. agis aliquid. Nam ſi
nichil agis quomō ille adiuuat. Omnis qui facit pccm̄ et iniquitatē
facit. Nemo dicat. peccatū aliud eſt. aliud iniquitas. Nemo dicat ergo.
peccator ego ſum. ſȝ iniquus nō ſum. Omīs em̄ qui facit pccm̄. et iniqtatē
facit. peccatum iniquitas eſt. Quid ḡ facimus de pccīs nr̄is et iniqtatib⁹.
Audi quid dicat. Et ſi ſcitis quia ille manifeſtus eſt. ut peccatū auferat.
et peccatū nō eſt in ipo. In quo nō eſt peccatum. ipe uenit auferre pccm̄.
Nam ſi eēt in illo peccatum. auferendum illi eēt. non ipe auferret. Oīs
qui in ipo manet non peccat. Omnis qui peccat nō uidet eū nec cognouit
eum. Magna iſta queſtio. Oīs qui peccat nō uidit eū. neqȝ cognouit eum.

fide vides

Non est mirum. Non enim vidimus, sed visuri sumus. Non enim cognovimus, sed cogniturri sumus. Credimus in eum quem non cognovimus. An forte ex fide cognovimus. Si enim nondum vide fides. quare dicimur illuminati? est illuminatio per fidem. non enim peregrinantur per fidem ambulamus nondum per speciem. Ergo et iustitia nostra per fidem est, non per speciem. erit perfecta iustitia nostra, cum videbimus per speciem. Tamen non derelinquamus eam iustitiam que est in fide. quoniam iustus ex fide vivit. sicut ait apostolus. Omnis qui manet in ipso non peccat. Nam omnis qui peccat non vidit eum, neque cognovit eum. Non credit iste qui peccat. Si autem credidit quantum ad fidem eius pertinet non peccat. Filioli nemo vos seducat. qui facit iustitiam iustus est. sicut ille iustus est. Numquid quia audivimus iusti sumus sicut ille iustus est. equales nos debemus putare deo? Debetis nosse quid est. sicut. Dudum enim dixit. Castificat se metipsum sicut ipse castus est. Iam enim par et equalis est castitas nostra castitati dei. et iustitia nostra iustitie dei? Quis hoc dicat. Sed sicut. non semper equalitas dici solet. quomodo verbi gratia visa basilica ampla ista. si velit facere aliquis minorem. sed tamen proportionem ad mensuras eius. ut verbi gratia. si lata est ista simplum. et longa duplum faciat. et ille latam simplum et longam duplum videtur. sic fecisse sicut est ista. sed ista habet verbi gratia centum cubitos. illa triginta. et sicut est impar est. Videtis quia non semper sicut. ad parilitatem et equalitatem refertur. Verbi gratia. Videte quantum sit inter faciem hominis et imaginem de speculo? facies in imagine. facies in corpore. Imago imitatione. corpus in veritate. Et quid dicimus? Nam sicut hic oculi. ita et ibi. sicut hic aures ita et ibi aures sunt. Dispar est res. Sed sicut ad similitudinem dicitur. Habemus ergo et nos imaginem dei. sed non illam quam habet filius equalis patri. Tamen et nos pro modo nostro si non sicut ille essemus. ex nulla parte similes diceremur. Ergo castificat nos sicut et ipse castus est. Sed ille castus eternitate. nos casti fide. Iusti sumus sicut et ille iustus est. Sed ille in ipsa incommutabili perpetuitate. nos iusti credendo in quem non videmus, ut aliquando videamus. Et cum perfecta fuerit iustitia nostra cum facti equales angelis fuerimus. nec tunc illi equabitur. quanto ergo modo ab illo longe est quando nec tunc par erit. Qui facit peccatum de diabolo est. quia ab initio diabolus peccat. De diabolo est. Nostis quid dicat? Imitando diabolum. Nam neminem fecit diabolus. neminem genuit. Neminem creavit. Sed quicumque fuerit imitatus diabolum quasi de illo natus sit filius diaboli imitando non proprie nascendo. Quomodo es filius Abrahe? Numquid Abraham genuit te? Quomodo Iudei non filii Abrahe, non imitantes fidem Abrahe facti sunt filii diaboli? De carne Abrahe nati sunt. et fidem Abrahe non sunt imitati. Si ergo qui inde nati sunt exheredes sunt, quia non sunt imitati. tu qui non de illo natus es efficeris filius. et sic eris filius imitando. Et si diabolum fueris imitatus quia ille superbus extitit et impius adversus deum. eris filius diaboli imitando. non quia creavit te aut genuit te. In hoc manifestus est filius

. XV .

dei . Ita fratres. Omnes peccatores ex diabolo nati sunt. in q̄ntum
peccatores. Adam a deo factus est. ſʒ q̄n consensit diabolo, ex diabo
lo natus est. Et tales omēs genuit qualis erat. Cum ipa concupiscētia
nati sumus. et anteq̄ nos debita nr̄a addamus de illa damnatione
nascimur. Nam si cū nullo peccato nascimur. quid est q̄ cū infantib⁹
ad baptismū curritur ut soluatur. Ergo duas natiuitates attendite
fratres. Adam et xp̄us duo sunt homines. ſʒ unus ipoꝝ homo. Alter
ipoꝝ homo deus. Per hoīem hoīes peccatores sumus. Per hominem
deum iustificamur. Natiuitas illa deiecit ad mortem. Natiuitas
ista erexit ad uitam. Natiuitas illa trahit secū peccatū. Natiuitas ista
liberat a pcc̄o. Ideo eīn uenit xp̄us hō ut solueret peccata hominum.
In hoc manifestus est filius dei ut soluat opera diaboli. Cetera cōmendo
caritati uestre ne vos grauem. Ipsa eīn questio est in qua soluenda la
boramus. quia peccatores nos dicimus. Si eīn quis dixerit se ēē sine
peccato mendax est. Et in ipi⁹ eplis Johānis inuenim⁹. Si diximus
quia pcc̄m nō habemus nosipos seducimus et ueritas in nobis nō est.
Et rursus in conseq̄ntibus audis. Qui natus est ex deo non peccat. Et
qui facit peccatū nō uidit eum. neqʒ cognouit eum. Omnis qui facit
peccatum de diabolo est. Ex deo non est peccatū. Iterum terret nos.
Quomō sumus nati ex deo. et quom̄ nos fatemur peccatores. An
dicturi sumus quia de deo nati non sumus. Et quid faciunt ista sa
cramenta infantibus. Quid dixit Johes. Qui natus est ex deo nō
peccat. Ipē Johannes iterū dicit. Si dixerim⁹ quia peccatū nō habem⁹
nosmetipos seducim⁹ et ueritas in nobis nō est. Magna q̄stio est
et angusta. Et ad hanc soluendam intentam fecerim caritatem uestra.
in noīe dn̄i cras q̄d inde dederit disseremus. Explicit liber quartus.
Aurelij Augustini Epī.

AB eo q̄d sc̄ptū est. Oīs qui natus ē ex deo
nō peccat. usqʒ ad id quod scriptum est. filioli nō diligamus
uerbo tantum ſʒ opere, et ueritate. Incipit liber Quintus eiusdem.

INtente audite obsecro uos. quia res nō minima uersat
in medio. Et nō dubito qui hesterno die intenti affuistis
ꝙ et hodie intentius conuenistis. Est eīn nō parua questio.
quomō dicat in ista epla. Qui natus ē ex deo nō peccat.
Et quom̄ in eadem epla superius dixerit. Si dixerim⁹ quia
peccatū nō habem⁹ nosipos seducimus. et ueritas ī nobis nō
est. Quid facturus est quem utraqʒ sermo ex eadem epla ī
medio coartauit. Si se confessus fuerit peccatore timet
ne dicatur illi. nō g̊ ex deo natus es. quia sc̄ptū est. qui ex
natus est ex deo non peccat. Si aūt se dixerit iustum nō hr̄e
peccatum. accipit ex alia parte plagam ex ipa epla. Si dixe
rimus quia pcc̄m nō habemus. nosipos seducimus et ueritas
in nobis nō est. Positus g̊ homo in medio. quid dicat. aut
quid fateatur cōfiteatur aut quid profiteatur nō inuenit. Pro
fiteris ēē sine peccato periculosum est. non solum periculosum